

amore homines ad aurum rapiuntur, ut potius ligatis manibus, ac pedibus in horribiles tenebras conjici eligant, quam aurum e manibus rapi, proindeque gravius tormentum subit, dum ab auro depauperatur, quam ille alter dum torius membris constrictis ad formidabilem carcerem traditur.

55. Profecturi filii Israël de Aegypto perierunt ab eis vasa aurea, argentea vellemque plurimam: Dominus autem dedit gratiam coram Aegyptiis, ut commadarent eis, & spoliaverunt Aegyptios: & profecti sunt: Exod. 12. n. 6. D. Chryostomus in Psal. 135. affirmat hanc spoliacionem inter cæteras plagas Aegyptiis immittas fuisse omnium gravissimam, ac durissimam, quod mihi valde grave, ac difficile videretur: Nonne durius & gravius erat illis, quod aquæ verterentur in sanguinem, ita ut non possent Aegyptii bibere aquam fluminis, & inde consequens erat, ut multi præ siti perirent; Nonne gravius erat multitudo muscarum, locustarum, Cyniphum, qui multis moribus

infectis, magnis ulceribus Aegyptios premebant, & omnium atrocissimum, ac durissimum primogenitorum mors. Quomodo ergo sanctus Pater astruit, quod spoliatio Aegyptiis fuit omnium gravissima plaga. Tanto amoris affectu tenebantur Aegyptii ad aurum, & argentum, ut levius, ac suavius esset illis vita privari, omnique illius commoditate, doloribus, ac vulneribus affligi, dilectissimisque primogenitorum pignoribus spoliari, quam auro, & argento depauperari, pluri homines æstimant suas divitias, quam semetipsos, filios ac cætera omnia. Pulchrè dixit de Juda proditore Drogæ Ostiensis lib. 1. de Passione Domini. *Eccè infelix, qualiter excacatus est, maluit se ipsum perdere, quam denarios perire: Denarios templo, se ipsum laqueo addixit.* De his multa in omnibus meis libris in Sibyllario, Verb. *Avaritia*.

Cætera quæ hic scribit Evangelista explicata sunt apud D. Matth. 25. quæst. 7. 8. 9. & 20.

Exod. 12. Chrylost.

Avarus plus æstimat aurum, quam se ipsum, ac filios suos.



CAPVT XX.

IT factum est: in una dierum docente illo populum in Templo, & Evangelizante, convenerunt principes sacerdotum, & scribæ cum senioribus, 2. Et aiunt dicentes ad illum: Dic nobis, in qua potestate hæc facis? aut quis est qui dedit tibi hæc potestatem? 3. Respondens autem Jesus; dixit ad illos: Interrogabo vos, & ego unum verbum: Respondete mihi. 4. Baptismus Joannis de cælo erat an ex hominibus? 5. At illi cogitabant inter se, dicentes, quia si dixerimus de cælo, dicet, quare ergo non credidistis illi? 6. Si autem dixerimus ex hominibus, plebs univèrsa lapidabit nos: certi sunt enim Joannem Prophetam esse. 7. Et responderunt se nescire unde esset. 8. Et Jesus ait illis, neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio. 9. Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hæc: Homo plantavit vineam, & locavit eam colonis: & ipse peregrè fuit multis temporibus. 10. Et in tempore misit ad cultores servum, ut de fructu vineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem. 11. Et addidit alterum servum mittere; illi autem hunc quoque cædentes, & afficientes contumelia, dimiserunt inanem. 12. Et addidit tertium mittere: qui & illum vulnerantes ejecerunt. 13. Dixit autem Dominus vineæ, quid faciam? mittam filium meum dilectum: forsitan cum hunc viderint, verebuntur. 14. Quem cum vidissent coloni, cogitaverunt intra se, dicentes; Hic est hæres; occidamus illum, ut nostra fiat hæreditas. 15. Et ejectum illum extra vineam occiderunt. Quid ergo faciet illis Dominus vineæ? 16. Veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam aliis. Quo audito dixerunt illi: Absit. 17. Ille autem aspiciens eos, ait: Quid est ergo hoc quod scriptum est: lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? 18. Omnis qui cœderit super illum lapidem, conquassabitur; super quem autem ceciderit contumet illum. 19. Et quærebant principes sacerdotum, & scribæ mittere in eum manus illa hora, & timuerunt populum; cognoverunt enim, quod ad ipsos dixerit similitudinem hæc. 20. Et observantes, miserunt insidiatores qui se ipsos simularent: ut caperent eum in sermone, & traderent illum principatui potestati præsidis. 21. & interrogaverunt eum, dicentes: Magister, scimus quia rectè dicis, & doces: & non accipis personam, sed viam Dei in veritate doces. 22. Dic nobis tributum dare Cæsari an non? 23. Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis? 24. Ostendite mihi denarium: Cujus habet imaginem & inscriptionem? Respondentes dixerunt ei, Cæsaris. 25. Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo: 26. Et non potuerunt verbum ejus reprehendere

reprehendere coram plebe: & mirati in responso ejus, tacuerunt. 27. Accesserunt autem quidam Sadduceorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogaverunt eum. 28. dicentes: Magister, Moyses scripsit nobis, si frater alicujus mortuus fuerit habens uxorem, & hic sine liberis fuerit, ut accipiat eam frater ejus uxorem & suscitet semen fratri suo. 29. Septem ergo fratres erant: & primus accepit uxorem, & mortuus est sine filiis. 30. Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio. 31. Et tertius accepit illam. Similiter, & omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt. 32. Novissimè omnium mortua est & mulier. 33. In resurrectione ergo, cujus eorum erit uxor? Siquidem septem habuerunt eam uxorem. 34. Et ait illis Jesus: Filii hujus sæculi nubunt, & traduntur ad nuptias: 35. Illi verò qui digni habebuntur sæculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent uxores. 36. Neque enim ultra mori poterunt: æquales enim Angelis sunt: & filii sunt Dei, cum sint filii resurrectionis. 37. Quia vero resurgant mortui, & Moyses ostendit, secus rubum sicut dicit: Dominum, Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Jacob. 38. Deus autem non est mortuorum, sed vivorum: omnes enim vivunt ei. 39. Respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei: Magister, bene dixisti. 40. Et amplius non audebant eum quicquam interrogare. 41. Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Christum, filium esse David? 42. Et ipse David dicit in libro Psalmorum: Dixit Dominus Domino meo, scde à dextris meis. 43. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum: 44. David ergo Dominum illum vocat: & quomodo filius ejus est? 45. Audiente autem omni populo dixit discipulis suis. 46. Attendite à Scribis qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conviviis. 47. Qui devorant domos viduarum, simulantes longam orationem: Hi accipient damnationem majorem.



ARGUMENTUM cum Remissionibus.

Primò, Vers. 1. Christus Dominus quærentibus Scribis, quâ auctoritate predicaret, opponit testimonium Joannis Baptistæ, de se testificantis, quod à deo missus sit ad prædicandum: de quo jam dixi supra Matth. 21.
 Secundò, Vers. 9. Proponit parabolam vineæ, in qua coloni, servos domini sui, imò & filium ejus interfecerunt: De quo dixi tom. 4. cap. 43.

Tertiò, Vers. 22. Tentantibus Pharisæis, an liceat tributum dare Cæsari? Respondet Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari; & quæ sunt dei, deo: de quo egi tom. 4. cap. 45.

Quartò, Vers. 27. Sadducæos negantes resurrectionem, redarguit, illamque eis ex Scriptura probat: de quo vide supra Matthæi 22.

Quintò, Vers. 42. Eis demonstrat se esse verum Messiam, ac verum Deum; eo quod David Psalm. 109. eum vocat dominum: Quod habes explicatum tom. 4. cap. 46.



CAPVT XXI.

RESPICIENS autem, vidit eos qui mittebant munera in gazophylacium divites. 2. Vidit autem & quandam viduam pauperculam nutriendam ara minuta duo. 3. Et dixit verè dico vobis quia vidua hæc pauper, plus quam omnes misit. 4. Nam omnes hi, ex abundantia sibi miserunt in munera Dei; hæc autem ex eo quod deceit illi omnem victum suum quem habuit, misit. 5. Et quibusdam dicentibus de